



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Iuuentvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve Adolescentiæ Sanctorvm

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphalorvm, 1615

Aibertus monachus 7. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

gyptum : vt sicut idem onus, ita etiam, similem eius nominis honorem obtineas. Monitusque à Domina & sponsa sua, ne deinceps ægrè ferret se Iosephum nuncupari, nomen honorificum haud grauatè admisit. Reliquam vero vitæ partem in summa sanctitate atque innocentia transmittens beato fine, & miraculis gloriosus migravit è vita.

PVERITIA S. AIBERTI MONACHI
& presbyteri Crispinensis monasterij.

7. Aprilis. Sur. Tom. 2.

BEatus Aibertus futuræ sanctitatis adhuc puer præclara de se præbuit indicia. Cum enim prudentia supra ætatem excelleret, cepit carni luæ bellum indicere, vt maturiore ætate eam facilius in gyrum ageret rationis. Quare noctu clam è lectulo surgebat, & flexis genibus ac membris humi stratis, terram innumeris osculando vicibus, tenerum corpusculum fatigabat ; & ne à quoquam deprehenderetur secretius hisce exercitijs vacare satagebat. Adhæc pro Christi amore corpus suum crebris ieiunijs macerabat. Solebat autem illis diebus, quibus ieiunium sibi indicebat, parum aliquid pomiaut alterius rei degustare, vt si fortassis à patre, nolente vt paruulus ieiunaret, interrogatus esset, num comedisset, posset citra mendacium respondere se sumpsisse cibum. Longè vero ille aberat à mendacio & iuramentis, qui nec lus
dicra

*Carnem
pœnitentijs
adomat.*

Ieiunium.

*Linguam
coercet à
verbis otios
sis.*

dicra quidem, aut otiosa soleret verba proferre, in die iudicij de verbis otiosis nequam rationem redditurus. Non est autem silentio premendum, quod cum in agro patris pecora seruaret, audito campanæ sono, illis relictis, ad Ecclesiam confugerit, & laudes cum precibus diuinæ maiestati pro suo captu obtulerit. His virtutum & piarum actionum quasi primitijs quibusdam religiosus puer imbutus maiore accedente ætate duce sancto Spiritu ad maiora contendit. Frequenter enim Ecclesiarum limina terens, verba vitæ cum multa animi deuotione auscultauit. Deinde vero lasciuia & oblectamenta mundi, sensim magis ac magis fastidians atque abominans, cõstituebat vni omnipotenti vacare Deo. Timebat enim ne si mundi fieret amicus, inimicus Dei efficeretur. Itaque arctius vitæ genus complecti desiderans, mundanis illecebris paulo post omnino nuncium remisit, atque apud Eremitam quendam magnæ sanctitatis & miræ abstinentiæ virum *Leisurij rigor.* maiorem vitæ partem inaudita inedia tolerantia pijsimè traduxit. Sunt hæc S. Aiberti in tenera ætate laudatissima exempla, Spiritu sancto magistro, ad imitationem piæ iuuentutis vtiliter derelicta.